



346

*CELSISSIMO ET RE-
VERENDISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO D.*

**P E T R O
P H I L I P P O**

Episcopo Bambergensi &
Herbipolensi. S. R. Imperij Prin-
cipi, Orientalis Franciæ Duci, &c.

Domino meo Clemen-
tissimo.



*N*juriosus forem, Cel-
sissime ac Reverendissi-
me Princeps, Domine
Clementissime, si has la-
boris mei primitias,
quæ Gratiarum Tuarum ubertate ha-
tenuis tam liberaliter irrigata eò usque

maturuerunt , post DEUM & sanctos
alteri , quàm Celsitudini Tuæ tran-
scriberem : Quis enim plantat vineam
& de fructu ejus non edit ? 1. Cor. 9.
Aut quo Jure laborem suum Alumnus
alteri vendet , qui illum Altori suo mul-
tis jam titulis debet ? Absit à Te illa
DEI de populo suo ingrato querela : Fi-
lios enutrivisti , & exaltavi ipsi autem spre-
verunt me. Isai. 1. aut , si unquam à Tuâ
Celsitudine audita fuerit , ego saltem
in numero illorum , de quibus justè sic
conqueri possis , non inveniar. Est &
alia causa , cur hasce pagellas meas Cel-
situdini Tuæ humillimè dicare volue-
rim : Tractant ea scilicet de Officio &
partibus Boni Pastoris , quas Tu non so-
lùm in temetipso quàm exactissimè ad-
impleas , verùm etiam ut illæ in utriùsq;
Tuæ Diœcesis Pastoribus expleantur ,
tanquã verus Episcopus admirabili pla-
nè Curâ & sollicitudine invigilas : eò
enim tendunt tot saluberrima Statuta
& Sanctiones , quibus Clerum primò quo
ad externam in Capillaturâ & vestibus
modestiam , deinde etiam quo ad interio-
rem

rcm animæ statum reformasti, elimi-
nando (quantum in Te fuit) inordina-
tam Bonorum Ecclesiasticorū dissipatio-
nem, avaritiam, otium, ignorantiam,
suspectam cum femineo sexu chobabita-
tionem, aliásq; vitæ Clericalis pestes.
Eò collimat illa circa Parochos Casuum
reservatio; ut, qui amore & timore DEI
à peccatis non retraherentur, saltē dif-
ficultate impetrandæ absolutionis ab-
sterrerentur. Eò dentq; spectat indefessū
Tuū in cognoscendis Parochorū Causis
studium & labor, cui Te ad multorū ad-
mirationem & stuporē ita impendis, ut
unicum id negotiū curare videaris. Sci-
licet non pateris Tibi ab alijs præripi
Mercedē illam, quæ in Scripturis à DEO
bonorum omnium Remuneratore Bonis
& Fidis Gregis sui Pastoribus toties pro-
missa legitur. Quam inmarcessibilis gloriæ
Mercedem, ut Celsitudini Tuæ Princeps
Pastorum post Nestoreos hujus vitæ an-
nos concedat, animitus apprecor.

CELSITUDINIS TUÆ

Humillimus & devotissimus

J. G. Herlet.